Ve qui deſcendūt in auxi lc̄o iiij.
lium in equis ſꝑantes · ⁊ ha
bentes fiduciam ſup quadrigis · quia
multe ſt̄ ⁊ ſup equitib; qꝛ ꝑualidi
nimis : ⁊ nō ſt̄ confiſi ſup ſcm̄ iſrl' : ⁊
dominū nō exquiſierūt · Ipſe autē ſapi
ens adduxit malum · ℟ · lc̄cio · v ·
In illa die abiciet homo ydola argēti
ſui · que fecerūt manus vr̄e vobis in
pctm̄ · ⁊ cadet aſſur nō gladio viri : ⁊
gladius nō hominis vorabit eū ·
Et fugiet aſſur nō a facie gladij : et
iuuenes eius veſtigabiles erunt :
⁊ fortitudo eius a terrore tranſibit ·
In die illa erit vir ſicut qui lc̄o vj.
abſconditur a vento ⁊ celat ſe a tem
peſtate · ſicut riui aquarū in ſiti :
⁊ vmbra petre ꝑminētis in t̄ra deſer
ta · Non caligabunt oculi videncium ·
⁊ aures audiencium diligent' au
ſcultabūt : ⁊ cor ſtultoꝝ intelliget
prudenciam · ℟ · Scd̄m iohannē ·
In illō t̄ · Miſerunt iudei ab ieroſoli
mis ſacerdotes ⁊ leuitas ad iohannē
: ut interrogarent eum · Tu quis es · Et
℟ · Omel' bt̄i gregorij pape
Ex huius nobis lectionis
verbis fr̄es kmī iohannis
humilitas cōmendat' : Qui cū tante
virtutis eſſet : ut xp̄c credi potuiſſet ·
elegit ſolide ſubſiſtere in ſe · ne hu
mana opinione raperetur ſup ſe ·

Nam confeſſus ē · ⁊ nō negauit ·
Confeſſus ē : quia lc̄o · vij ·
nō ſum ego xp̄c · Sz quia
dixit nō ſum ego xp̄c : negauit
plane qd̄ nō erat · ſz nō negauit
qd̄ erat : ut veritatem loquēs
eius mēbrum fieret cuius no
men ſi[...] fallaciter nō uſurpa
ret · Sz cū [...] ex lectione alia re
demptoris nr̄i [...] ſententia ad
mētem reducitur : ex huius
nobis lectionis verbis · q̄ſtio
valde complexa generatur ·
Alio quippe in loco lc̄o ix
Inquiſitus dn̄s de helye
aduentu reſpondit · Helias
iam venit ⁊ nō cognoue[...]
eum : ſz fecerunt in eum quecūꝗ
voluerūt · Et ſi uultis ſcire :
iohannes ipſe ē helyas · Quo
ē hoc fr̄es kmī · quia qd̄ veritas
affirmat : hoc propheta veritatis
negat : Valde nāq; inter ſe di
uerſa ſunt · ipſe eſt · ⁊ nō ſum · Quo
mō ergo ꝓpheta veritatis ē : ſi eiuſdē
veritatis ſermonib; concors
nō eſt : Sz ſi ſubtilit' veritas
ipſa requiratur · hoc quod int'
ſe contrariū ſonuit : quomodo
nō contrariū ſit inuenitur · Ad
zachariam nāq; de iohis pro
miſſione : angl's dicit · Ipſe erit

N:o 14

1549

[H]in spiritu et virtute helie. Feria ii.
[H]ec dicit dominus. Custodi-
te iudicium et facite iustitiam
quia iuxta est salus mea ut veni-
at: et iustitia mea ut reveletur.
Beatus vir qui facit hoc et filius
hominis qui apprehendit illud.
Custodiens sabbatum ne pol-
luat illud. custodiens manus
suas ne faciat omne malum.
Et non dicat filius advene qui
adheret domino dicens. Separa-
tione dividet me dominus a
populo suo. et non dicat eunuchus
ecce lignum aridum. [illegible]
[H]ec dicit dominus eunuchis
qui custodierint sabba-
ta mea et elegerint que volui.
[illegible]
[illegible]
is locum. et nomen melius a fi-
liis et filiabus. Nomen sempit-
ernum dabo eis: quod non peribit.
Et filios advene qui adhereret
domino: ut sint ei in servos
Omnem custodientem sabbatum
ne polluat illud. et tenentem fe-
dus meum. adducam eos in
montem sanctum meum: et letificabo
eos in domo orationis mee. Item.
[D]omus mea domus ora-
tionis vocabitur cunctis

gentibus ait dominus. Qui congregat
dispersos israel: adhuc congregabo
ad eum congregatos eius. Omnes
bestie agri venite ad devorandum:
omnes bestie saltus. Speculato-
res eius ceci omnes nescierunt:
universi canes muti non valentes
latrare. Videntes vana et
amantes sompnia: et canes im-
pudentissimi nescientes saturitatem.
[H]ec dicit dominus. Feria iii. lc. i.
[C]elum sedes mea. et terra sca-
bellum pedum meorum. Que ista
domus quam edificabitis mihi. et quis
iste locus quietis mee: Omnia
hec manus mea [illegible]
omnia hec dicit dominus. Ad quem au-
tem respiciam nisi ad pauperculum
[illegible]
te sermones meos. [illegible]
[Q]ui immolat bovem quasi
qui interficiat virum qui mactat
pecus: quasi qui excerebret canem.
Qui offert oblationem quasi qui san-
guinem suillum offerat. qui recorda-
tur thuris: quasi qui benedicat ydolo.
Hec omnia elegerunt in viis suis
anima eorum delectata est. Unde et ego
eligam illusiones eorum: et que timebant
adducam eis: quia vocavi. et non erat
qui responderet. lc. iii.
[V]ox domini reddentis retribu-

Montes et colles cantabunt coram nobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu. Pro saliunca ascendet abies, et pro urtica crescet mirtus. Et erit dominus nominatus in signum eternum quod non auferetur. Hec ille.

Nuper celebravimus lectio iiii. diem quo ex iudeis natus est dominus. Hodie celebramus diem quo a gentibus adoratus est. Quia salus ex iudeis est. Nam illo die pastores adoraverunt: hodie magi. Illis angeli: istis stella nuntiavit. Utrique de celo didicerunt: cum regem celi in terra viderunt. Vidimus, inquiunt magi, stellam eius, et venimus adorare eum. Annuntiant et interrogant, credunt et inquirunt, significantes eos qui ambulant per fidem: et desiderant per speciem. Quid est quod iste ab alienigenis in celo agnoscitur, in terra queritur, in alto fulget et in humili latet. In oriente vident stellam: et in iudea natum intelligunt regem. Quis est iste rex tam parvus tam magnus, nondum in terris loquens et iam in celis edicta proponens. Lectio quinta

Iudei magis demonstrato vite fonte: sunt mortui siccitate. Viatoribus ambulantibus aliquid ostenderunt: sed ipsi stolidi atque immobiles permanserunt. Magi querebant ut invenirent: Herodes querebat ut perderet. Iudei civitatem nascentis legebant: et venientis non intelligebant. Inter magorum piorum amorem et Herodis crudelem timorem illi evanuerunt bethleem demonstrantes: Christum autem qui ibi natus est non nunc quesitum, sed iustum postea negaturi: nunc infantem sed loquentem postea negaturi. Felix potius infantium ignorantia quos Herodes persequitur territus: quam istorum scientia quos consuluit perturbatus. Isti pro Christo potuerunt pati: quem nondum poterant confiteri. Isti docentes non secuti veritatem: cuius nascentis potuerunt nosse civitatem. Lectio vi.

Magos ad locum ubi verbum dei infans erat: stella perduxit. Hic iam erubescat stultitia sacrilega: que sub stellarum decreto putat esse natum Christum. Nullos enim homines nasci sic credit: quisquis recte credit in Christum. Sed de genituris hominum homines loquantur: et quod vana insipientes opinantur. Negent voluntatem qua peccant: confingant necessitatem qua peccata defendant. Perditos mores per quos in terra ab hominibus detes-

1540

tantum: a fidelibus manare meruit. Verum non hec stella fecit xpm mirabiliter vivere: sed ipsam fecit xpc mirabiliter apparere. Hic enatus ex matre de celo novum terre sidus ostendit: qui natus ex patre celum terramque creavit. Eo nascente lux nova est in stella revelata: quo moriente lux antiqua est in sole velata. Eo nascente superiores novo honore claruerunt: quo moriente inferi novo timore tremuerunt. quo resurgente discipuli novo amore exarserunt: quo ascendente celi novo obsequio patuerunt.

Cum natus S. mathm. esset ihc in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt ierosolimam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: et venimus adorare eum. Et rel.

Omelia beati gregorii pape.

Sicut ex lectione evangelica fratres audistis. celi rege nato. rex terre turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur. cum celsitudo celestis aperitur. Sed querendum nobis est quidnam sit quod redemptore nato. pastoribus in iudea angelus apparuit: atque ad adorandum hunc ab oriente magos non angelus sed stella perducit. Manifeste quia iudeis tamquam ratione utentibus: rationale animal id est angelus predicare debuit: gentiles vero quia uti ratione nesciebant. ad cognoscendum dominum non per vocem sed per signa perducuntur: quia et illis prophetie tamquam fidelibus non infidelibus: et istis signa tamquam infidelibus non fidelibus data sunt. lc. viij.

Et notandum est quod redemptorem nostrum cum iam perfecte esset etatis eisdem gentibus apostoli predicant. eumque parvulum et necdum per humani corporis officium loquentem stella gentibus denuntiat: quia nimirum rationis ordo poscebat. ut loquentem iam dominum loquentes nobis predicatores innotescerent: et necdum loquentem elementa muta predicarent. Sed in omnibus signis. que vel nascente domino vel moriente monstrata sunt: considerandum nobis est quanta fuerit in quorundam iudeorum corde duritia que hunc nec per prophetie donum. nec per miracula agnovit. Omnia quippe elementa auctorem suum venisse testata sunt. lectio nona.

Ut enim de his quoddam humano usu loquar: deum hunc celi esse cognoverunt. quia

Si laveris te nitro et multiplica
veris tibi herbam borith: macula
ta es in iniquitate tua coram me:
dicit dominus deus. Hec dicit **lectio ii.**
Quomodo dicis non sum
polluta: post baalim
non ambulavi? Vide vias tuas
in convalle: scito quid feceris. Cur
sor levis explicans vias suas.
Onager assuetus in solitudine:
in desiderio anime sue attraxit
ventum amoris sui. Nullus con
vertet eam: Omnes qui querunt eam
non deficient: in menstruis eius inve
nient eam. Prohibe pedem tuum a nudi
tate: et guttur tuum a siti. Et dixisti.
Desperavi. Nequaquam faciam. Ada
mavi quippe alienos: et post eos
ambulabo. Hec dicit **lectio tertia.**
Quomodo confunditur fur
quando deprehenditur: sic confu
si sunt domus israel: ipsi et reges eorum:
principes et sacerdotes et prophete eorum di
centes ligno pater meus es tu: et la
pidi tu me genuisti. Verterunt ad
me tergum et non faciem. In tempore
afflictionis sue dicent: Surge et libe
ra nos. Ubi sunt dii tui quos fe
cisti tibi? Surgant et liberent te:
in tempore afflictionis tue. Secundum
numerum quippe civitatum tuarum:
erant dii tui iuda. Quid vultis
mecum in iudicio contendere? Omnes
dereliquistis me: dicit dominus. Hec.
Feria quarta. lectio prima.
In diebus illis ibit domus iuda
ad domum israel: et venient simul
de terra aquilonis: ad terram quam
dedi patribus vestris. Ego autem dixi:
Quomodo ponam te in filios: et
tribuam tibi terram desiderabilem: he
reditatem preclaram exercituum gentium.
Et dixi. Patrem vocabis me: et
post me ingredi non cessabis. Sed
quomodo si contempnat mulier ama
torem suum: sic contempsit me domus
israel: dicit dominus. Vox in viis au
dita est: ploratus et ululatus
filiorum israel: quia iniquam fecerunt
viam suam: obliti sunt domini dei
sui. Hec dicit **lectio secunda.**
Convertimini filii revertentes:
et sanabo aversiones
vestras. Ecce nos venimus ad te:
tu es enim dominus deus noster. Vere
mendaces erant colles: multitu
do montium. Vere in domino deo nostro:
salus israel. Confusio comedit
laborem patrum nostrorum ab adoles
centia nostra: greges eorum et armen
ta eorum: filios eorum et filias eorum.
Dormiemus in confusione nostra:

et operiet nos ignominia nostra: quoniam domino deo nostro peccavimus nos et patres nostri ab adolescentia nostra usque ad hanc diem: et non audivimus vocem domini dei nostri. L[ectio]

Si reverteris domus Israel ait dominus: ad me convertere. Si abstuleris offendicula tua a facie mea non commoveberis. Et iurabis vivit dominus in veritate et in [illegible] et in iustitia. Et benedicent [illegible] gentes ipsumque laudabunt. [illegible] enim dicit dominus [illegible] [illegible] [illegible] re super spinas. Circumcidimini domino: et auferte preputia cordium vestrorum: viri iuda et habitatores ierusalem: ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea: et succendatur et non sit qui extinguat: propter malitiam cogitationum vestrarum. Hec d[icit] fer. v. lectio.

In tempore illo eicient ossa regum iuda ait dominus: et ossa principum eius. et ossa sacerdotum. et ossa prophetarum: et ossa eorum qui habitaverunt ierusalem de sepulcris suis: et pandent ea ad solem et lunam et omnem militiam celi que dilexerunt: et quibus servierunt post que ambulaverunt: et que quesierunt et adoraverunt. Non colligentur et non sepelientur: in sterquilinium super faciem terre erunt. Et eligent magis mortem quam vitam: omnes qui residui fuerint ex generatione hac pessima: in universis locis que derelicta sunt ad que eieci eos dicit dominus exercituum. L[ectio] [illegible]

[illegible] dices ad eos. Numquid qui [illegible] non resurget: et qui [illegible] revertetur? Quare [illegible] [illegible] [illegible] tenere mendacium: et noluerunt reverti. Attendi et auscultavi: nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat penitentiam super peccato suo: dicens. Quid feci? Omnes conversi sunt ad cursum suum: quasi equus in impetu vadens ad prelium. Hec d[icit] lectio

Milvus in celo cognovit tempus suum. turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui: populus autem meus non cognovit iudicium domini. Quomodo dicitis sapientes nos sumus: et lex domini nobiscum est? Vere mendacium operatus est stilus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes:

mauit dicens. Pessima sacrile-
ge: magicis artibus meretrix
ista prefecti filium meum necavit. lectio vi.
Prefectus igitur hec au-
diens cum ingenti luc-
tu venit: et ingressus locum
dixit. Crudelissima femina
ad filium meum voluisti ap-
ponere tue artis magice demo-
strare. At illa. Ille cuius volun-
tatem volebat perficere: in eum po-
testatem accepit. Omnes qui ante
ingressi sunt. sani sunt quia honorem
dederunt deo. Hic autem statim ut
ingressus est: seuire cepit ac
fremere. At ille. In hoc appare-
bit quod non magicis artibus ista
gesseris. si deprecata fueris ange-
lum tuum: et restituerit in filium
meum. Cui illa. Licet fides vestra hoc
non mereatur. tamen quia tempus est
ut virtus domini nostri ihesu christi mani-
festetur: egredimini foras.
Orante igitur illa apparuit
ei angelus domini et elevavit eam
flentem: et iuvenem suscitavit.
In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. matheum
parabolam hanc. Simile est regnum
celorum decem virginibus: que accipientes
lampades suas. exierunt ob-
viam sponso et sponse. Et reliqua.
Egressus igitur iuvenis

foras: cepit clamare. Unus
est deus in celo et in terra et in
mari: qui est deus christianorum.
Ad hanc vocem templorum pon-
tifices turbabantur. Fitque sedicio
populorum: et clamabant. Tolle
maleficam: que et mentes
mutat. Prefectus autem videns hec:
obstupuit. Sed ne videretur con-
tra templorum pontifices agere:
vicarium dereliquit. Tunc vi-
carius aspasius iussit ignem
copiosum incendi: et eam in
medio iactari. Quod cum factum fuis-
set. in duas partes divise sunt
flamme et hinc atque illinc po-
pulos exurebant. lectio viii.
Tunc beata agnes expande-
bat manus suas in me-
dio ignis et orationem fudit ad
dominum dicens. Omnipotens pater domini
nostri ihesu christi: benedico te. Ecce nunc
per spiritum sanctum igne celesti perfusa
sum. focus iuxta me moritur.
flamma dividitur: et ardor in-
cendii huius ad eos a quibus
ministratur refunditur.
Benedico te pater predicande: quia
etiam inter flammas intrepi-
dam me ad te venire permit-
tis. Ecce ad te venio. vivum
et verum deum. Cuique orante

N° 11

complexa est. Ita ignis extinctus est, ut nec tepor incendii remansisset. Tunc Aspasius in guttur eius gladium mergi fecit. Parentes vero eius nullam tristitiam habentes corpus eius posuerunt in praedio suo non longe ab urbe. Lectio ... Lectio nona.

Cum igitur omnis turba christianorum conveniret ad sepulchrum eius, insidias a paganis perpessi fugerunt. Emerentiana autem collactanea eius virgo sanctissima, licet cathecumina, constans [illegible] [illegible] [illegible] advenistis et pro defensione lapidum innocentes iugulastis. Haec et his similia dum diceret lapidata est, et iuxta sepulchrum eius emisit spiritum in suo sanguine baptizata. Deinde eadem hora fit terremotus vehementissimus, et cum nimia esset celi serenitas, tante chorusca[ti]ones tantaque fulgura et tonitrua extiterunt, ut pars magna populi insani expiraret. Factumque est ut nullus ex eo tempore ad sepulchrum sanctae aliquas molestias excitaret.

Vincencii martiris. Lectio prima.

Vincentius nobilis genere, sed fide ac religione nobilior, beati Valerii episcopi dyaconus fuit. Cui episcopus quia impeditioris linguae erat vices suas commiserat, et ipse orationi et contemplationi vacabat. Iussu igitur Daciani praesidis Valenciam trahuntur et duro carceri mancipantur. Cumque eos fame fere defecisse [crederet], eos sibi aspectibus ius[sit] [illegible] sanos [illegible] in hanc vocem prorupit. Quid dicis tu Valeri [illegible] religionis [illegible] [illegible] respondet, dixit ei Vincentius: Noli pater sancte et venerabilis quasi mente timida submurmurare, sed libera voce exclama. Si igitur iubes pater sancte, iussis iudicis aggrediar. Cui ille: Iam dudum fili carissime tibi loquendi curam commiseram, et nunc pro fide qua astamus responsa committo. Tunc Vincentius conversus ad Dacianum: Hactenus, inquit, sermo denegandam a te fidem peroravit. Sed nepharium apud christianorum prudentiam ecclesiae cognoscere divinitatis cultum abnegando blasphemare. Tunc iratus Dacianus episcopum in exilium

spiritu sancto afflatus. nunciauit visi-
onis eius quod filium conceperat: cum illa se fo-
re gravidam ignoraret. dicens ei.
Gaude domina quia tu paries filium: et
thomas vocabitur nomen eius.
Hic erit magnus in toto orbe
in sciencia et vita: eritque fratrum ordinis
predicatorum. Que omnia sicut sanctus
predixerat sunt completa. lectio secunda

Natus itaque puer nobilis.
thomas quod vocatus: sprete-
ta seculi vanitate predicatorum or-
dinem est ingressus. Quem postea a fra-
tribus carnalibus rapitur: et quasi per bien-
nium turris custodie mancipatur.
Cumque nec minis nec blandi-
ciis posset ab ordinis proposito revo-
cari: per speciem puelle ad eum intro-
ducte subvertere quesierunt animum in-
nocentis. Quem mox de igne ticionem
arripiens: suggestricem ignis li-
bidinis extra cameram effugavit.
Et facto signo crucis in oratione cum
lacrimis se prosternens: a deo sibi dari
peciit perpetue continencie casti-
tatem. Mirum in modum duo ange-
li mox oranti affuerunt: dicentes
ipsum forte a domino clemencius ex-
auditum. Et eciam ipsum circa re-
nes stringentes: dixerunt. Ex parte
dei te cingimus cingulo castita-
tis: quod nullatenus de cetero dissol-
uetur. Cuius muneris fuit
a deo efficax gracia: ut ex tunc
nullum stimulum senserit ve-
neree voluptatis. lectio tercia

Gaudens cogitante providens
mater sua quod impleri
debet in filio. quod sibi fuerat divinitus
premonstratum. ne videretur tam iu-
uenis constanciam contra dei pro-
videnciam impugnare: ipsa per-
mittente per fratres ordinis ad or-
dinem est reductus. Restitutus
itaque ordini cepit non segniter
studio insistere. velut apis ar-
gumentosa spiritualia mella
colligens: ut suo tempore mellita
effunderet eloquia doctrinarum.
Tanto eciam gaudio in contem-
plando replebatur mens eius.
quod plures dum in secreto loco
ad orandum deum totum spiritum
suum collegisset: visus est stare
totaliter elevatus a terra. nullo
prorsus innixus corporeo fulla-
mento. Perfecte doctor qui sic liber
in deum elevatione mentis as-
cendit: quasi nullum pondus
carnis continuum sustineret.

Quociens autem sanctus lectio quarta
dei disputare. legere. scri-
bere vel dictare voluit: prius
ad orationis secretum accessit.

Et inde surgens inueniebat sic
in promptu quod scriberet vel dicta
ret: quasi in libro aliquo didi
cisset. Nam vt socio suo fratri
raynaldo secreto reuelauit
a secretis quod dum viuerit scela
ri voluit: scientiam suam non tam
humano studio et ingenio
quam orationis suffragio diuini
tus impetrauit. Unde quasi alter
moyses merito dici potest. qui
de mundana vanitate et
propria natiuitate eductus:
qui de aquinorum nobilium proge
nie spectabili genitus. mi
ro modo quasi per pharaonis
filiam. matri ecclesie reddi
tus. ubique ecclesiastice discipli
ne [illegible]
tentur. Hinc est moyses qui
cum deus metaliter loquitur. ad
fratres suos mittitur: et non
sine signis et mirandis pro
digiis ductor et doctor populi
delegatur. Tu autem. lectio quinta.

Hic doctor cum quadam noc
te orationi insisteret. sancti
apostoli petrus et paulus ipsum
de textu dubio scripture prophe
tice: plenissime instruxerunt.
O felix doctor cui diuine
scripture celi clauicularius

aperuit ostium. et alumnus celi
paulus doctor ille mirabilis
docuit in vitate scientie. Felix
doctor hospes mundi et ciuis ce
li. qui cum celestibus ciuibus loquitur
dum adhuc peregrinatur in corpore
Alia quoque vice cum apud neapo
lim in ecclesia deuotius ora
ret. visus est sanctis pedibus a terra
quasi duobus cubitis eleuari. Si
per quo frater videns hoc et diu admi
rans subito audiuit ab yma
gine crucifixi. ad quam conuersus
sanctus doctor orabat pluralitas cla
rius istam vocem. Bene scripsisti
de me thoma: quam ergo recipi
es pro tuo ~~laborem~~ labore.
mercedem. Et respondit thomas
[illegible]
nisi teipsum. Tu autem. lectio sexta.

At quia a domino fuit facta questio
de mercede dabatur intelligi:
de propinquo labori suo fore terminum
imponendum. Cum enim ex mandato
domini pape gregorii decimi ad conci
lium accederet generale: transiens per cam
paniam cepit languere vt pene per
deret totaliter appetitum. Appropinquans
autem monasterio fosse noue cister
ciensis ordinis: inuitatus ad predictum
monasterium declinauit. Cepit vero
de die in diem languore inualescere.